hujus Historiam legendam, cognoscendamque accessuro, vix desiderari posse. Singula omnino breviter, clare, acrique judicio pertractata sunt.

Ad litteraturam Illyrici recentiorem pertinentia, multa a me non mediocri labore et impensa collecta, prae manibus habeo, quae, si Te juvare possint, Tuque jusseris, viamque ostenderis, statui tecum libentissime communicare. Alioquin horum tabellam eruditorum oculis subjicere serio cogitamus. Scio praeterea latere plurima scripta, prae:sertim Poetica, his enim studiis maxime solet genus